Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Domine exaudi oratio mea auribus tuis Psalmus
obsecratio mea in veritate tua exaudi me in tua
iustitia Et non intres in iudicium cum seruo tuo quia non iusti
ficabitur in conspectu tuo omnis viuens Quia persecutus est
inimicus anima mea humiliauit in terra uita mea Collo
cauit me in obscuris sicut mortuos seculi et anxiatus est
super me spiritus meus in me turbatum est cor meum Memor fui
dierum antiquorum meditatus sum in omnibus operibus tuis in factis
manuum tuarum meditabar Expandi manus meas ad te
anima mea sicut terra sine aquis tibi Velociter exaudi me
domine defecit spiritus meus Non auertas faciem tuam a me
et similis ero descendentibus in lacum Auditam fac mihi
mane misericordiam tuam quia in te sperauit Notam fac mihi
uiam in qua ambulem quia ad te leuauit animam meam Eripe
me de inimicis meis domine ad te confugi Doce me facere
uoluntatem tuam quia deus meus es tu Spiritus tuus bonus
deducet me in terram rectam propter nomen tuum domine uiuificabis
me in equitate tua Educes de tribulatione animam meam et in
misericordia tua disperdes inimicos meos Et perdes omnes qui tribulant
animam meam quoniam seruus tuus ego sum Gloria Sicut
erat benedictus dominus deus meus Sabbato ps ad tertiam
qui docet manus meas ad pugnam et digitos meos ad bellum
Misericordia mea et refugium meum suscceptor meus
et liberator meus Protector meus et in ipso speraui qui
subdit populum meum sub me Domine quid est homo quia innotu
isti ei aut filius hominis quia reputas eum Homo vanitati
similis factus est dies eius sicut umbra pertransit Domine
in clinia celos et descende tange montes et fumigabunt
tuos
Fulgura coruscationem et dissipabis eos emitte sa
gittas tuas et conturbabis eos Emitte manum tuam de
alto eripe me et libera me de aquis multis et de manu